

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas d  
cum fonte primo

Excelsa est patria, humilis est uia.

Ergo qui querit patriam, quid recusat uiam?

Augustinus super Iohannem.

Excelsa est enim patria, humilis uia.

Patris est uita Christi, uia est mors Christi;  
patria est mansio Christi, uia est passio Christi.  
Qui recusat uiam, quid quaerit patriam?

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 28.5 (CCSL 36,  
R. Willems ed., p.279, ll.21-24).